

fio, quam in ordinatione nostra Deo fecimus. Obstringimur Apostolorum exhortationibus & Prophetarum comminationibus. Paulus praecipit: *Attendite vobis ipsis, & toti gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos ad pascendum Ecclesiam Dei.* Act. XX. v. 28. Et sanctus Ieremias comminatur: *Vae pastoribus perdentibus, & dispergentibus gregem pascui mei, dixit Iehoua. Ego visitabo super vos malitiam operum vestrorum, dixit Iehoua.* Ier. XXIII. v. 1. 2. Eo tendunt Academicorum Doctorum curae & labores, ut instruant promptosque reddant & ornent viros iuniores & vegetiores, qui in decessorum Ecclesiae Doctorum officia succedant, neque Satanae insidias, neque mundi malitiam & fraudes, neque infidelium technas metuant, sed onera pastorum subeant, humeris etiam robustissimis tremenda. Tales sunt, quos hodie solenniter sistimus, quosque antiquis piis & innocentibus ceremoniis, more Academiae nostrae consueto probe examinatos, legitimos verosque Ecclesiae Doctores de Ecclesia Iesu Christi optime meritos proclamamus

DEO CLEMENTER IUVANTE

AVSPICIIIS

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
ATQVE DOMINI

DN. FRIDERICI AVGVSTI

REGIS POLONIARVM, MAGNI DVCIS LITHVANIAE CETERA, DVCIS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGRIAE, WESTPHALIAE, S. ROM. IMPER. ARCHI-MARESCHALLI, ET ELECTORIS, LANDGRAFII THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE ET VTRIVSQVE LVSATIAE, BVRGGRAFII MAGDEBVRGENSIS, COMITIS PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBERGICI, COMITIS MARCAE, RAVENSBERGAE, BARBY ET HANOVIAE, DOMINI RAVENSTEINII, DOMINI AC NVTRITORIS NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI

Rectore